

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3021

**Auteur(s) :** Hugues de Turberville, Îles Anglo-Normandes (bailli)

**Bénéficiaire(s) :** Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1269

**Lieu d'émission :** Jersey, La Hougue

**Action juridique :** règlement conflit

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Assise tenue en 1269 à La Hougue, à Jersey, par Hugues de Turberville, Bailli des Iles.

Procès entre les religieux du Mont St Michel et leur Prieur de St Clément en l'Ile de Jersey, d'une part ; et leurs hommes de Noirmont d'autre part.

Rappel d'une assise tenue à Jersey vers 1267 par Guillaume de Barentin, Bailli des Iles, par Renaud de Carteret, par le Prieur de l'Islet et par Jourdain de la Hougue, Henri de l'Epesse, Laurens Payn, Guillaume Hastain, Guillaume l'Evêque, Raoul Le Gallicien, Philippe l'Evêque, Guillaume de St Hélier, Raoul Payn, et Philippe Fondan, vassasseurs et jurés. La procédure suivie déclarée irrégulière pour certaines raisons.

En l'assise présente il est jugé que les hommes de Noirmont devront obéir aux religieux leurs Seigneurs, et pareillement les religieux ne pourront exiger de leurs dits hommes que ce qu'ils devaient de droit.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 73, p. 129-131.

Texte établi d'après a

Memorandum quod cum quedam contencio jamdiu est mota fuissest inter religiosos viros et honestos dominum abbatem et conventum Montis Sancti Michaelis de periculo maris ac priorem suum Sancti Clementis in insulis de Gereseyo ex una parte et homines suos de Nigro Monte ex altera super pluribus questionibus et altercationibus inter ipsos deductis tandem in quadam assisia quam tenuit dominus Hugo de Turbervilla tunc ballivus insularum ambe partes in judicio cum suis litteris, instrumentis et rationibus\*\*\*\*\* venerunt petentes super his que facta fuerant et fieri debebant ab utraque parte secundum quod in instrumentis ipsorum continebatur legale judicium sibi fieri, unde accidit quod die Veneris proxima ante festum Sancti Johannis Baptiste intellectis et consideratis rationibus et instrumentis predictarum parcum judicatum fuit per juratos dicte assisie videlicet per dominum Willelmum de Barentino, per dominum Reginaldum de Kartreto milites et per religiosum virum priorem de Ileto et per Jordanum de Hoga, Henricum de Spissa, Laurentium Pagani, Willelmum Hasten, Willelmum dictum episcopum, Radulfum Le Gallicien, Philippum Episcopum, Willelmum de Sancto Elerio, Radulfum Paganum, Philippum Fundan, vassores et juratos, quod quedam inquisicio facta ad instanciam predictorum hominum de Nigro Monte contra predictos viros religiosos, eo quod capta fuerat in absencia eorumdem religiosorum, nemini prodesset, nec eisdem religiosis noceret immo penitus non valeret. Item postea ab eisdem juratis judicatum fuit quod quedam littera patens sigillata dictorum juratorum quam predicti religiosi pretendebant de testimonio

finis et pacis quas dicti homines de Nigro Monte fecerant cum dictis religiosis et recognoverant in ultima assisia apud Gereseyum tenta per dominum Willelmum de Barentino tunc ballivum insularum qui sigillum suum predictis litteris una cum sigillis dictorum juratorum apposuerat non valeret, eo quod prior Sancti Clementis tunc temporis quamdam condicionem quam fecerat non tenuerat prout debebat, ut dicebant, et tunc fecerunt dicti jurati dictas litteras sigillis suis ornatas predictis sigillis spoliari et propria voluntate corrumphi. Preterea judicaverunt quod omnes littere undicunque impetrare nec non et omnia que antea gesta fuerant inter ipsos nullius essent valoris, et quod predicti abbas et conventus seu prior in eadem seisina in qua tempore litis mote inter ipsos et predictos homines suos fuerant pacifice remanerent et preceptum fuit dictis hominibus quod dictis religiosis dominis suis prout deberent in omnibus obedirent et similiter dictis religiosis quod ab eisdem hominibus non exigerent nisi solum modo quod de jure deberent. Actum in plena assisia apud Hogam in Gereseyo tenta, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono die Veneris ante nativitatem beate Johannis Baptiste ut supra.